

85498 487

85498

PETRIMOSELLANI

TABVLAE DE SCHEMATIBVS  
& tropis.

In Rhetorica Philippi Melanchthonis tabula.

In Erasmi Roterodami libellum De duplici copia.



LVTETIAE,

Ex officina Roberti Stephani typographi Regij.

M. D. X-LVI.


1848

DEPARTMENT OF THE INTERIOR  
BUREAU OF LAND MANAGEMENT  
TERRITORY OF ARIZONA  
OFFICE OF THE SURVEYOR GENERAL  
CITY OF PHOENIX, ARIZONA

TO ALL WHOM THESE PRESENTS SHALL COME, I, JOHN J. HAY, Surveyor General of the Territory of Arizona, do hereby certify that the following is a true and correct copy of the original of the same, as the same appears from the records of the Surveyor General's Office, at Phoenix, Arizona, this 1st day of January, 1888.

IN WITNESS WHEREOF, I have hereunto set my hand and the seal of the said Territory, at Phoenix, Arizona, this 1st day of January, 1888.

JOHN J. HAY,  
Surveyor General of the Territory of Arizona.



PETRVS MOSELLANVS CANDIDOLECTORI SALVTEM.

Mnes Latini sermonis delicias in figuris & tropis potissimum sitas esse, nemo est uel mediocriter, eruditorum, qui nesciat, studiose lector. Etenim ut pictura non simplex, sed quæ uarijs distinguitur coloribus, spectantium oculos maximè pascit, & pratum omnigenis uariegatum floribus in ambulatibus aridet: ita oratio non undiq: sui similis, uerùm suis interspersa figuris, suis uariata tropis, auditorum aures capit, mereturque applausum adeò, ut præter Græcos, qui huic negotio uolumina dederunt, & Cicero & Quintilianus in diædi arte principes hac de uirtute diligentissimè perscribere dignum putarint. Quam ob rem quum tot figurarum, tot troporum non minus sit necessaria cognitio, quàm memoria difficilis: & ipsum me operepretiũ facturum existimaui, si quæ ad hanc rem pertinere uidebuntur, uniuersa ex probatissimis scriptoribus, tum Græcis, tum Latinis, in breuem hanc tabelam congessero, certâque descriptione arctaro. Quam si in locum, in quo frequenter uersaris, suffigas, futurum ut quum nunquam non oculis obuersetur, in memoriæ thesaurum citra molestiam reponatur. Qua in re candido suffragatur calculo Erasmus Roterodamus noster, omniũ, quos sol hic uidit, ut doctissimus, ita & eloquentissimus, idem quod nobis consultum uidetur, præcipiēs. Porro ut quid secutus sim scias, primùm figuras λέξεις omnes, orationis uitia complura, tum uirtutes in quibus tropi sunt, insigniores exhibemus: eadque omnia, tametsi præter aliorum consuetudinem, ῥημάτων nomine com-

a. 4.

prehendimus. Non quòd ita rectius quadrare censeam, sed quòd hac ratione uniuersa facilius in ordinem, qui memoriam uel cum primis iuuat, digerantur. Deinde ipsa nomina, quæ ubique fermè corrupta deprehenduntur, suæ integritati restituta Græcè reddimus, ijs etiam quæ uel Tullius, uel Fabius, uel Diomedes Latina fecerunt, apposis: pariter singula explicantes, tum finitionibus, tum exemplis. Postremò omnibus modum adhibuimus, ne apud æquum iudicem, uel in congerèdo, Græcorum quorundam curiositatem æmulari: uel omittèdo quæ addidisse præstaret, nonnullorū negligentiam referre merito uideri possimus. Restant tamen aliqua, quæ nec mihi faciunt satis, quibus acuratius excutiendis, tempus, quod huic lucubratiunculæ angustum destinaram, minimè respondebat. Quicquid id est quod dedimus, iuuandi studio dedimus, candidissime lector: olim ubi & eruditionis & otij plus nacti fuerimus, pleniora ac instructiora aspirante Deo prolaturi. Vale, & nostram operam boni consule.

DE SCHEMATIBVS ET TROPIS  
PETRI MOSELLANI  
TABVLAE.

Quia SCHEMA, est confirmatio quaedam  
Σ uel dictionis, uel orationis, uel sententiæ, uulgi  
consuetudinem excedens.

Cuius partes tres: { FIGVRA,  
VITIVM,  
VIRTVS.

FIGVRA.

Figura, uel sententiæ, uel orationis, uel uerborum est  
habitus, præter communem consuetudinem inuolutus.

Et est duplex, scilicet { διαφοιας,  
λεξεως.

Διαφοιας, id est sensus uel sententiarum figura, quæ  
quanquam (authore Donato) ad Oratores proprie per-  
tinet: et nos quæ Grammatici sunt, conquirēda hoc la-  
bore tantum statuimus: tamen eius species ascripsissemus  
libenter, si non immensam instituti molem futuram hac  
ratione prospexissemus.

Λεξεως lexeos figura est, quum in oratione aliquid  
quod ad uerba attinet, inuolutus præter uulgarem con-  
suetudinem.

Cuius genera sunt: { DITIONIS,  
Figura, { LOCUTIONIS,  
CONSTRUCTIONIS.

FIGURA DICTIONIS, ET ILLIUS PARTES.

Figura dictionis in prosa βαρβαρισμὸς barbarismus, in carmine μεταπλασμὸς metaplasmus dicitur. Transformatio quædam est unius dictionis.

Cuius partes à Grammaticis recensentur.

Prothesis  
 Epenthesis  
 Proparalepsis  
 Aphæresis  
 Syncope  
 Apocope  
 Ectasis  
 Systole  
 Diæresis  
 Episynalæphe  
 Synalæphe  
 Ecthlipsis  
 Antithesis  
 Metathesis.

Πρόθεσις Prothesis, Appositio ad principium scilicet dictionis uel literæ uel syllabæ. Literæ, ut Gnatus pro natus dixit Terentius. Syllabæ: ut Tetuli pro tuli.

Ἐπένησις Epenthesis, Interpositio, quum inter primam & ultimam dictionis syllabam adijcitur litera: ut Religio pro religio, apud Virgillum. Syllaba: ut Indupearator pro Imperator. Iuuenalis.

Προπαράληψις Proparalepsis, quam præassumptione dixeris, eadem ἰσχυρῶν paragoge, et si Diomedes separarat, quum ad finem quippiam accedit: ut Dicier pro di

αι, extulit Persius.

Αφαίρεσις Aphæresis, ablatio à principio dictionis, cōtraria προσθέσις Prothesi. Literæ: ut, Ruit omnia latè, pro eruit, Æneidos secundo. Syllabæ: ut Temnere pro contemnere, extulit Poeta ibidem.

Συκοπή Syncope, Concisio, figura planè cōtraria ἐπιθέσις epêthesi, quoties è dictionis medio aliquid excinditur: ut Dixti pro dixisti. Terentius repostum pro repositum: Ἐ Accessis pro accessistis, Virgilius.

Ἀποκοπή Apocope, Abscisio à dictionis fine uel literæ uel syllabæ, cōtraria ἀναγωγὴ Paragogæ. Literæ: Achilli pro Achillis dixit Maro. Syllabæ: δῶ pro δῶμα, apud Homerum Odysseæ α.

Ἐκτασις, Ectasis, Extensio syllabæ natura cōtractæ: ut Exeræt Diana choros. Diana prima porrecta dixit, quã gemina ratione fuisset contrahenda.

Συστολή Systole, Contractio natura protense: ut Idoliã media breui dixit Prudentius, uir uerè prudens, nõ insitia Græcarum literarum, ut Literatores clamitât, sed in re sacra hac usus figura.

Διαίρεσις Diæresis, Diuisio unius syllabæ in duas: ut, Aulai in medio, Æneidos tertio, pro aulæ: quo modo Lucretius in libris de Rerum natura genitiuos fermè semper in prima forma extulit.

Ἐπισηλοισιφὴ Episyndæphe, Conglutinatio duarum syllabarum in unam, cōtraria διαρέσις: ut, Fixerit æri pedem æruam, pro æripedem. Virgil. Georg. 3.

Σιωλοισιφὴ Syndæphe, Deletio, quã uidelicet duabus uocalibus concurrentibus, prior quasi deletur: ut, Carthag' Italiam contra, Tyberinãque longe. pro Carthago Italiam. Æneidos primo.

Εκθλιψις Ecthlipsis, Elipsis quædam uocalium cum consonantibus asperè concurrentium: ut Multum ille & terris iactatus & alto. Quem uersum dum metiris, dicere oportet, Mult' ill' & terris iactatus & alto.

Ἀντίθεσις Antithesis, siue commodiore uerbo ἀντίστοιχον antistæchon, quum litera pro litera ponitur. Olli subridens hominum sator atque deorum: pro illi. Virgilius Maro siue ποιήσεως primo.

Μεταθεσις Metathesis, Trāspositio quædam literarum, ut quod Timbre dixit Poeta in decimo pro Timber. in quo μεταπλασμός Metaplasmo, mirum quàm sint audaces poetæ Græci.

Adiiciunt quidam ex Diomede ἄλλομαζιῶν ἀεθίσεων, id est immutationem præpositionum, quæ nobis non tam μεταπλασμός quàm ἑλοικισμός, species uideri solet.

Verùm hoc loco memineris lector, non ubique metaplasmo locum esse, imò non idem in ioculari & paruo opere licebit, quod priscis illis in iusta & sublimis argumenti poesi condonatum est. Quare Horatianum illud semper in animo & pectore habeas, Tantùm opere in magno fas esse obrepere somnum. Neque statim imitandum proponas, quicquid usquam concessum inueneris.

## FIGVRA LOCVTIONIS, ET EIVS PARTES.

FIGVRA LOCVTIONIS, Ratio est quædam locutionis compositione nouata.



Cuius hæ nu- meran- tur spe- cies:	}	Prolepsis,	Zeugma,
		Hypozeugis,	Syllepsis,
		Anadiplosis,	Anaphora,
		Epanalepsis,	Epizeugis,
		Paronomasia,	Schesis onomaton,
		Parœmion,	Homœoteleuton,
		Homœoptoton,	Polyptoton,
		Irmus,	Endiadis,
		Hypallage,	Prosopopœia,
		Anthypophora,	Aposiopesis,
		Climax,	Polysyndeton,
		Asyndeton,	Antimetabole.

Πρόληψις Prolepsis, id est Præsumptio rerum summaria, quæ deinceps particularius enarrantur: ut,  
Interea reges, ingenti mole Latinus  
Quadriiugo inuehitur curru, bigis it Turnus in albis.  
Virgilius.

Ζεύγμα Zeugma, quum diuersæ clausulæ uni uerbo tribuuntur.

Et est triplex:  $\left\{ \begin{array}{l} \text{πρόζεύγμα,} \\ \text{μεσόζεύγμα,} \\ \text{ὑπόζεύγμα.} \end{array} \right.$

Πρόζεύγμα Prozeugma, Præiunctio, quoties uerbum clausulis præponitur: ut Cicero, Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia.

Μεσόζεύγμα Mesozeugma, quum in clausularum medio uerbum collocatur. Cuius speciosum exemplum extat apud Maronem, Aeneid. 3,

Troiugena interpres diuinum, qui numina Phæbi,  
Qui tripodas, Clarij lauros, qui sydera sentis,  
Et uolucrū linguas & præpetis omnia pœnæ. Hic, S E N  
TIS, & præcedentes & sequentes nectit clausulas.

Υπόζευμα Hypozeugma, Subiunctio, quum uerbum subiungitur in fine. Cicero in Catilinam, Nihilne te nocturnum praesidium palatii, nihil urbis uigiliae, nihil timor populi, nihil concursus bonorum omnium, nihil hic munitissimus habendi senatus locus, nihil horum ora uultusque mouerunt?

Υπόζευξις Hypozeugis, figura superiori contraria, quae diuersae clausulae singulis uerbis redduntur: ut, Regem adit, & regi memorat nomenque genusque. Aeneidos octauo.

Σύλληψις Syllepsis, Conglutinata coeptio, quoties diuersi numeri clausulae uno clauduntur uerbo. Virgilius in primo, -hic illius arma Hic currus fuit.

Αναδιπλωσις Anadiplosis, Reduplicatio, quum ultima prioris uersus dictio, in sequentis principio iteratur. Maro in 10, -sequitur pulcherrimus Astur, Astur equo fidens.

Αναφορα Anaphora, Relatio eiusdem uidelicet uerbi per principia plurimorum uersuum. Horatius Odarum secundo,

Otium diuos rogat in patienti,

Otium bello furiosa Thraee,

Otium Medi pharetra decori.

Επαναληψις Epanalepsis, authore Donato (nam Diomedes reclamation) cum eadem dictio uersum & incipit & claudit: ut, Multa super Priamo rogatus, super Hectore multa. Aeneid. 1.

Επιζευξις Epizeugis, Subiunctio eiusdem scilicet uerbi sine aliqua intermissione, maioris uehementiae gratia. Qua ratione ferme & superiores sunt replicationes. Virgilius in nono, Me me, adsum, qui feci.

Ἐπιωνομασία Agnominatio Latine dicitur, quæ iucunda quedam uocum fit collusio, significatu tamen diuerso. Terentius in Andria, Nam inceptio est amētium, haud amantium.

Σχέσις ἢ ὀνομαζία Schesis onomaton, id est Nominū habitus quidam, quoties uerborum multitudo eodem copulandi habitu coaceruatur. ut hoc apud Poetam, Marsa manu, Peligna cohors, festina uirūm uis.

Παροίμιον Parœmium, Assimile, quoties multa uerba ab eodem incipientia elemento, ex ordine collocantur: ut, O Tite tute Tati, tibi tanta tyranne tulisti. Ennius, citante Prisciano libro duodecimo.

Ὁμοιοτέλευτον Homœoteleton, quum similiter uel dictiones, uel sententiæ finiuntur. Ennius, ut citat Diomedes, Eos deduci, euehi, quàm deseri malui. Qua figura apud Græcos insignis est Isocrates.

Ὁμοιοπῶτον Homœoptoton, quum eodem casuum tenore clausula terminatur: ut est apud Sallustum, Maximis duobus, fortibus, strenuisque ministris.

Πολύπῶτον Polypoton, multitudo casuum uarietate distincta. ut AEneidos quarto,

Littora littoribus contraria, fluctibus undas

Imprecor, arma armis pugnent ipsique nepotes.

Ἐπιμόλιος Irmus, Series est orationis, eodem filo ad clausulam usque protensa: ut,

Principio cælum ac terras, camposque liquentes,

Lucentemque globum lunæ, Titaniæque astra

Spiritus intus alit. AEneidos septimo.

Ἐνδιὰδης Endiadis, Figura, quum fixum in mobile soluitur. ut Per famam ac populum: pro, per famosum populum, dixit Poeta.

Υπαλλαγή Hypallage, Est quoties oratio conuerso rerum ordine effertur: ut, Dare classibus Austros, pro Dare classes Austris. Virgilius.

Προσωποποιία Prosopopœia, Personarum fictio, nimirum quum rebus mutis sermo tribuitur. In qua quam poetæ multum sibi permittunt, tamen et oratores usurpant, ut Cicero in Catilinam, patriæ, sermonem accommodat.

Ανθυποφορά Anthypophora, Quæ tacitæ occurrimus quæstioni, quam figurâ et poetæ et oratores in usu habent, quorum exempla referre nimis hîc longum esset.

Αποσιώπησις Apopsiopsis, quam Cicero reticentiam appellat, quæ per iram uel indignationem, orationis partem reticemus. Quos ego, sed motos præstat componere fluctus. tacet enim Puniam.

Κλίμαξ Climax, interprete Tullio, gradatio, quoties ab eo uerbo quo sensus superior claudebatur, inferior incipit: ac deinceps hoc modo quasi per gradus ascendit. Cuius aptissimum exemplum extat apud Homerum Iliados β, de sæptro ab Ioue in Agamemnonem usque deducto. Sed et Virgilius in Bucolicis, Torna leæna lupum sequitur, lupus ipse capellam. Et alia.

Πολυσύνδετον Polysyndeton, Structura multis nexa conjunctionibus: ut, -Athamasque, Thoasque, Pelidesque Neoptolemus, primusque Machaon. Æneidos secundo.

Ἀσύνδετον Asyndeton, Superiori contraria, quæ structura uinculis caret, Abijt, exassit, euasit, erupit. Tullius in Catilinam. Ferte citi flammæ, date uela, impellite remos. Æneidos quarto.

Ἀντιμεταβολή Antimetabole apud quosdam inter figu-

ras refertur, quam Latine contramutatione uertere posses: ut, Non uiuo ut edam, sed edo ut uiuam: inquit Cato. Reliquæ figuræ, quas Fabius ex multis Græcis curiose satis conuertit, impræsentiarum adscribere non est animus: partim quòd Grammaticum artificium excedat, partim quòd insigniores cõtexere tantum nostrum est institutum.

FIGURA CONSTRUCTIONIS,  
EIVSQVE PARTES.

FIGURA constructionis, quæ in syntaxi uulgarem rationem excedit.

Cuius species sunt: { Prolepsis,  
Zeugma,  
Syllepsis,  
Euocatio,  
Appositio.

Πρόληψις Prolepsis, Præsumptio totius, cuius partes ad unam proprietatem postea referuntur: ut, Milites pugnent, unus in hostem, alter in patriam.

Ζεύγμα, Zeugma, quoties una proprietas diuersis subiectis tribuitur, uni prius, alteri posterius, ita tamẽ ut uiciniore respondeat: ut, Ego & tu scribis.

Σύλληψις Syllepsis, Conceptio, quum dignius attrahit minus dignum: quæ ambo tamen ad unam proprietatem referentur, ut digniori respõdeat: ut, Ego & tu scribimus.

Euocatio, quoties prima uel secunda persona tertiam quasi euocat: ut, Ego Virgilius, cano: quanquam hoc loco mea sententia Virgilius, non tam tertie quam primæ personæ est.

Appositio est quum duo fixa uel plura sine copula ne  
Etuntur: ut, Ignauum fucos pecus à præsepibus arant,  
Virgilius primo AENEIDOS.

Formosum pastor Corydon ardebat Alexim  
Delicias domini. Idem in bucolicis.

Nonnulli recentiores literatores οὐκ ἐξ ὁμοῦ synecdo-  
chen addunt, quæ tum fit, quum ἐλλωίζοντες AETHIOPS  
albus dentes dicimus: & ut Virgilius, Nuda genu, quod  
ἀπὸ τοῦ μὲν fieri certum est.

### VITIVM,

Schematis pars secunda.

VITIVM in oratione quasi error quidam, qui etsi  
poetis condonatur, in prosa tamen intolerabilis est.

Cuius species sunt: { Obscurum,  
Inordinatum,  
Barbarum.

### OBSCVRVM, EIVS QVE PARTES.

Obscurum, quum uel uerborum, uel structura uitio  
obscuritas quædam inducitur.

Cuius partes habentur: { Acyron,  
Pleonasmus,  
Perissologia,  
Tautologia,  
Homæologia,  
Amphibologia,  
Eclipsis,  
Periergia.

Ακρον Acyron, Improprietas, quæ dictio minimè pro-  
priæ significationis orationi cœu nubes inducitur. Te-

rentius, Nam quod tu speras, propulsabo facile. Speras pro times. quo modo & Græci suum ἐπιζῆν usurpant.

Πλεονασμός Pleonasmus, Fit quoties (inquit Fabius) superuacuis uerbis oneratur oratio: ut Vidi meis oculis. Satis est enim, uidi. Sic ore locuta est. AENEIDOS primo.

Περυσολογία Perissologia, Fit quū sententia aliqua sine pondere rerum adiicitur: ut Linius in octauo ab Urbe condita, Legati non impetrata pace, retrò domum, unde uenerant, reuersi sunt.

Ταυτολογία, Eiusdē uerbi aut sermonis iteratio, cui uitio etiam Ciceronem obnoxium notat Fabius, quòd dixerit, Non solum igitur illud iudicium iudicij simile Iudicæ non fuit. Quauis casu diuerso.

Ομοιολογία Homœologia, Peius uitium superiori, quum oratio undique sui similis nulla uarietatis gratia lenat tedium, sed est tota coloris unius. Cuius exemplum, ne nimis longum sit, impræsentiarum non ascribemus.

Αμφιβολογία Amphibologia, quando structuræ uitio, utro uerbum sit referendum dubitatur: quemadmodum Pyrrho oraculum respōdit, Aio te AEacida Romanos uinere posse. Hic utri uictoria promittatur, incertum.

Εκλείσις Eclipsis, Defectus, quem (ni fallor) Fabius μειωσιν uocat, quum sermoni aliquid deest quo minus plenus sit: ut, Itali: in fato profugus, deest Ad. Ego ne illam? quæ me? quæ non? In Eunuchō.

Περίργια Periergia, Superuacua, & (ut ita dixerim) operositas nimia in loquendo, (quod uitium aut idem, aut certè admodū affine ei quod μακρολογία nominant cum Fabius, tum Diomedes) quum sermo, cultus gratia, longior sit quàm oportet. Virgilius,  
Postera uix summos spargebat lumine montes

Orta dies, quum primum alto se gurgite tollunt  
 Solis equi, lucemque elatis naribus efflant.  
 Hæc uitia quâquam fermè omnia à Diomede sub obscu-  
 ro æu genere comprehenduntur, non tamen ignoro mul-  
 tis aliter uideri posse. Vt sit, nobis in paruo discrimi-  
 ne ponetur.

INORDINATVM, EIVS QVE  
 SPECIES.

INORDINATVM, quū uel ordo, uel digni-  
 tas uerbis deest.

Cuius species potiores censentur,	}	Tapinosis,
		Cacemphaton,
		Cacozelon,
		Aschematiston,
		Cacosyntheton,
		Soraismos.

Ταπίωσις, Tapinosis, Vitium quo rei dignitas uerbi  
 humilitate deprimatur: ut quod Cato (authore Gellio)  
 Verrucam montis, pro Cacumine dixit.

Κακέμφατον Cacemphaton, siue αἰσχρολογία AEschrolo-  
 giam uocitare uelis: uel quum corrupta consuetudine in  
 obscœnum intellectum detorquetur sermo: ut Aeneidos  
 sexto, At ramum hunc: aperit ramum qui ueste latebat.  
 Terentius, Arrige aures Pamphile: quum arrectio, genita  
 li membro propria sit. Vel quum iunctura deformiter  
 sonat: ut, Numerū cum naumbus æquat. Quod posterius  
 obseruare, auris est planè delicatæ.

Κακόζηλον Cacozelon, Mala affectatio, quum ingenium  
 scilicet iudicio caret, & specie boni fallitur, infeliciter-  
 que æmulatur: uitium, ut omnium pessimum, ita hodie



omnibus fermè commune.

Ἀσχηματιστὸν *Aschematiston*, id est malè figuratum, quā oratio prorsus simplex suis figuris, quibus uelut stellulis reluceret, caret.

Κακοσύνθετον *Cacosyntheton*, Malè collocatū, ubi quipiam non suum habuerit locum in quo quadret: ut,  
-uersāque iuuenāim

*Terga fatigamus hasta.* *Æneidos nono.*

Σωραϊσμός *Soraismos*, Miscella quædam & acervatio ex uariis idiomatis apud Græcos: apud nos ex uerbis barbaris & Latinis, proprijs & improprijs, obsoletis & nouis. Ac, ut sis sciens, in his uitijs plane nihil tibi cōdonarim. Nam quauis Virgilius semel atque iterum in ipsis audax fuerit, tibi tamen nō itidem hæc imitari fuerit consultum.

#### BARBARVM, EIVSQVE SPECIES.

BARBARVM, Vitium quod ad quandam uelut barbariem tendit.

Partes sunt hæ: { *Barbarismus,*  
                          { *Barbaralexis,*  
                          { *Solæcismus.*

Βαρβαρισμός *Barbarismus*, Contra Romani sermonis legem aut scripta, aut pronuntiata uitiosa dictio. Fit autem additione, detractio, immutatione, transpositione, & id quidem aut literæ, aut syllabæ, temporis, toni, aspirationis. Quorum exempla partim ubi figuræ dici meruerunt, exhibuimus: partim barbarorum tum locutio, tum scriptio (ne dubita) suppediabit. In Græcis poetis ubique sunt obuia. His enim nihil negatum ridet Martialis, adeo ut apud illos is fermè optimus habeatur poeta,

qui in eiusmodi quammaximè audax fuerit. Adhæc indecoras literarum quarundam pronuntiationes barbarismi nota inurunt: *ιωταισμοὺς* scilicet, *λαμβδαισμοὺς*, *μεισμοὺς*, *πλαταισμοὺς*. sic enim Græci fingendis nominibus (ait Fabius) *φαειότεροι*, uocant, ut *ἡ κοίλοστομία*, quum uox quasi in oris recessu auditur.

*Βάρβαρα λέξις*, Id est Barbara dictio, quoties Romano sermoni peregrinæ Linguae dictio inseritur, ut *γὰρ* apud Maronē, quod est Persicum: *ἡ μαστρουα* apud Ciceronem, Sardum uocabulum.

*Σολοισμοὺς* Solæcismus, Est (inquit Asinius Capito apud Gelliū) impar *ἡ* inconveniens compositura partium orationis, quæ per omnia partium orationis accidentia notatur, quum alia orationis pars pro alia ponitur, quū genus pro genere, casus pro casu, tempus pro tempore, modus pro modo, numerus pro numero, aduerbiū pro aduerbio, præpositio pro præpositione. Horū omnia exempla non ut imitareris, sed ut notata minori negotio deuitares, oppido quàm libens ascripsissem, si per chartæ angustiam licuisset. Quare uel ipse obserues, uel ex Donato petas licebit.

## V I R T V S.

Schematis pars tertia.

V I R T V S, qua oratio honestatur, attolliturque supra uulgi sermonem.

Cuius genera duo: { *Proprietas,*  
*Ornatus.*

PROPRIETAS, ET EIVS PARTES.

PROPRIETAS, quæ uel scripto, uel pronuntiatione, uel uerbis nihil improprium habet.

Eius partes sunt:  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Analogia,} \\ \text{Tasis,} \\ \text{Syntomia.} \end{array} \right.$

*Ἀναλογία* Analogia, est proportio quædam, finitore Diomede (nam nobis non per inde probatur) qua rectè scribendi ratio conseruatur. Hanc quum proprietatis partem fecerit Diomedes, quid tamè sibi uoluerit, nō uideo.

*Ἐπίστασις* Tasis, qua uerborum dulcis ac iucunda seruetur modulatio: quòd alia acuto tenore, alia graui, alia flexo moderamur. Quæ uirtus ad uocis flexibilitatem præcipuè pertinet.

*Συνομία* Syntomia, quum breui & compendioso uerborum ambitu, res quantumuis ingens pro dignitate redditur. Virgil. *Aeneid.* 1,

Nasatur pulchra Troianus origine Cæsar,  
Imperiū Oceano, &c. Est & orationis uelut lux quædam, quæ uerba ipsa rei propriæ ad eò accommodat, ut non tam narrari quàm geri uideatur. Hanc uirtutem Græci qui lucem, quam rebus addit, spectant, ἐπιπέλας: qui uerò mouendi efficaciam, ab opere ἐπέπρασσι appellare consueuerunt.

ORNATVS, ET EIVS SPECIES.

ORNATVS orationis suo se nomine prodit, ut finitione minimè sit opus.

Generatio eius hæc:  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Synthesis,} \\ \text{Cyriologia,} \\ \text{Tropus.} \end{array} \right.$

Σύνθεσις Synthesis, *Apta & concinna modulis suis structura, qua alius pes alio iucūdiorem clausulam efficiere dignoscitur. Qua de re Cicero libro de Oratore tertio, & Fabius in nono abunde satis disseruere.*

Κυριολογία Cyriologia, *Propria & sana oratio, quam ipsa ueritas & simplicitas exornant: ut, Romanos rerum dominos, gentemque togatam. Hanc uirtutē Quintilianus non uno tantum loco laudibus uehit.*

Τρόπος Tropus, *Quem clarissimi Latinorum Motum appellarunt, est uerbi uel sermonis à propria significatione in aliam cum uirtute mutatio.*

Cuius priores partes  
colliguntur hæc,

Metaphora,  
Catachresis,  
Metalepsis,  
Metonymia,  
Antonomasia,  
Epitheton,  
Synecdoche,  
Onomatopœia,  
Allegoria,  
Periphrasis,  
Hyperbator,  
Hyperbole,  
Emphasis,  
Homœosis.

Μεταφορὰ Metaphora, *id est translatio, tropus longè pulcherrimus, quando uel nomen, uel uerbum, ex eo loco in quo proprium est, in eum in quo aut proprium deest, aut traslatum proprio melius est, transfertur: ut VIDEO à corporeo sensu, cui proprium est, ad animi intelligentiam transfertur.*

Hæc multis fit modis.

Deflexione, quum uox è propinquo ad rem proximã detorquetur: ut uideo, pro intelligo: cõcoquere, pro ferre: deuorare, pro uincere ac perferre. Siquidẽ in ijs id quod est corporis, ad animum transfertur, quo genere nihil est uisitatus.

Ab irrationali ad rationale: ut Terentius,  
Quid ille gannit? Quod uulpium proprium est.

Aut contrã: ut si poctam cygnum, musicum lusciniã dicamus, cœu facit Virgilius Georg. 4. dum de apum re-  
publica dicit,

Magnanimosque duces, totiusque ex ordine gentis  
Mores, et studia, et populos, et prælia dicam.

Ab animali ad animal: ut Virgilius AENEIDOS II,  
-si tantum pectore robur Concipis. Hic à ligno ad ho-  
minem translationem fecit.

Aut contrã: At procul excelso miratus uerticẽ montis.  
Hic hominis uerticẽ ad montem traduxit.

Ab animali ad animal: ut Pascentes apes.

Ab inanimato ad inanimatum: ut si quis syluam sca-  
tere dicat, quod est fontium.

Ad hæc, quædam translationes sunt reciprocae siue  
communes, quas Græci ἀκολουθεῖς uocant. Nã ut pro Gu-  
bernatore rectè dixeris Aurigam, ita et pro Auriga Gu-  
bernatorem. Quædam unius duntaxat partis, quas illi  
ἀπ' ἀκολουθεῖς appellant. Siquidem ut rectè pro montis  
Cacumine Verticẽ dixeris, ita nõ rectè pro Verticẽ Ca-  
cumen ad hominem traduxeris.

Atq; hoc loco admonitum te uelim lector amice trã-  
slationem unam esse, quæ in loco adhibita ingens decus  
addat orationi. Quare consultum fuerit, insignem me-

taphorarū uim ex optimis authoribus annotatam comparare. Sunt autem (inquit Roterod.) apud M. Tullium optima, apud Quintilianum plurima. Sed et nos (si Deus aspirarit) in uolumē iustum diligenter congeremus ex utriusque Linguae authoribus insignes translationes, modo alius quispiam non anteuertat.

Κατὰ ξενίας Catachresis, Verborum abusus, quæ nō hā hētibus nomen suum accommodat quod in proximo est: ut si Parricidam appelles, non qui patrem occiderit, sed aliās hominem quemuis.

Μετὰ ληψίς Metalepsis, Trāsumptio, Ea est (inquit Roterod.) ubi gradatim itur ad id quod ostenditur. Virgil. in primo, Speluncis abdidit atris. Nigræ enim intelliguntur, ex nigris tenebrosæ, ac per hoc in præcipi profunda. Verūm huius tropi usus magis incidet in carmine, quā in oratione soluta.

Μετωνομία Metonymia, id est Trāsnoimatio, quum inuentorem pro re inuenta ponimus: ut, Sine Cerere et Baccho friget Venus: dixit Comicus. Quod si uertas, erit durius, ut Vinum prææmur, pro Baccho. Vel quum cōtinens pro eo quod continetur usurpamus: Nūc pateras libate Ioui. Vel è cōuerso, Vina coronant, pro Poculis dixit Maro. Vel quum donum rei pro re ipsa ponitur: ut, De sene gustarit: pro de Pecunia senis. Vel quum ex effectu efficiēs accipimus: ut,

Pallida mors æquo pulsat pede p. uerum tabernas, Regimq; turres. Vel quum duæm pro his qui subsunt: ut Cæsus Annibal. Vel quū authorem pro opere: ut, Terentius semper in manibus habendus.

Ἀντωνομασία Antonomasiā, Ea est nominis permutatio. ut si quis pro Achille Pelidē dicat, pro Iunone Saturniā,

quemadmodum Virgilius & Horatius.

Ἐπίθετον Epitheton, id est appositum, quoties propriū nomē adiecto aliquo quasi uestitur: ut, Pius Aeneas, saevus Hector, formosus Alexis: apud Poetam.

Συμπελοχὴ Synecdoche, Quam Cicero intellectionem uocat, quoties ex uno plura intelligimus: ut Romanus pro Romano uictor: pro Romano. Ex parte totum: ut Mucronē pro gladio. Retrōq;: ut, Ingens à uertice pontus. Ex specie genus, Iracundior Adria, pro quouis mari dixit Horatius. Ex materia, rem confectam, ut ferrum pro gladio. Ex præcedētibus sequentia: ut, Virgineam soluit zonam, id est de uirgine aut. Breuiter quum aliud ex alio intelligitur: ut iuxerunt, pro mortui sunt, exclamauit orator.

Ὀνομαστικὴ Onomatopœia, Nominiis confectio soni imitatione. Clangor que tubarum. Virgilius. Tinnire, balare, mugire, & reliqua quæ significandi gratia pro tempore fingimus.

Ἀλληγορία Allegoria, Quam inuersionem interpretantur, quū aliud uerbis, aliud sensu ostenditur, ac nunquam contrarium.

Species nominantur hæc, {

- AEnigma,
- Parœmia,
- Ironia,
- Sarcasmus,
- Astismus,
- Mycterismus,
- Antiphrasis,
- Charientismus.

Ἄγνωστα AEnigma, Obscura quædam allegoria, magis uirtū Quintiliano quā uirtus, quū dilucide dicere uirtutis

nomine commendetur. Hinc opinor motus Diomedes & uitiis & uirtutibus connumerat. Cuius exemplū aptissimū extulit Hesiodus Georg. 1, πλεον ἡμῶν πικρὸς. Quod Plato libro de legibus tertio exponit multis uerbis: quæ omnia huc tendunt, Satius esse ἀδικῆσαι, quàm ἀδικῆναι. Hoc est, iniuriam pati, quàm inferre.

Παροιμία Parœmia, id est adagium (definitore magno illo Erasmo) dictū celebre aliqua nouitate in signe: ut Lupus est in fabula, Terentius quum silentium moneat. An autem hæc finitio huic loco quadret, qui uelit, ex Erasmi Chiliadibus inquirat. Diomedes certe & Donatus al legoriæ speciem faciunt.

Εἰρωνεία Ironia, Illusio, quæ nõ ex uerbis, sed uel pronuntiatione, uel persona, uel rei natura intelligitur: ut, Heus tu bone uir, curasti probe. Terentius in Andria.

Σαρκασμός Sarcasmus, Locus amarulentus, atque hostilis derisio: ut, En agros, & quam bello Troiane petisti Hesperiam metire iacens. AENEIDOS duodecimo.

Ἀστεισμός Astismus, Urbanitas orationis, quasi festiuitas: ut, Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mene, Atque idem iungat uulpes, & mulgeat hircos. Virgilius.

Μυκτηρισμός Mycterismus, Simulatus risus, sed tamen non latens: quod Persius naso suspendere uocat. μυκτῆρ enim Græcis (authore Iulio Polluce) nasum significat.

Ἀντιφρασίς Antiphrasis, Vnius uerbi ironia, ut bellū dicitur, quod minime bonum: & Hieronymus, monachū quendam Vigilantium κατ' ἀντιφρασίαν uocitat.

Χαερνυρισμός Chariētismus, Quo duriora re ipsa gratiosius uerbis molliuntur. Terent. Bona uerba quæso: quū pistrinum deprecaretur Dams, quod Plato de Rep. primo & φημὶν dicit.



Et hæc iam dictæ sunt Allegoriæ species.

Περὶ φεραῖς Periphrasis, Latine (tametsi invito Fabio) Circumlocutio, est fusior & copiosior rei descriptio, aut ornandæ rei gratia, quæ pulchra est: ut,

Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris

Incipit, & dono diuûm gratissima serpit. AEncid. 2. Aut

tegendæ rei gratia quæ turpis: - placidumque petiuit

Coniugis infusus gremio per membra soporem.

Υπερβατον Hyperbaton, Transgressio quædam uerborum, ordinem communem perturbans.

Cuius species:  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Anastrophe,} \\ \text{Dialysis,} \\ \text{Diacope,} \\ \text{Synchysis,} \\ \text{Hysteron proteron.} \end{array} \right.$

Αναστροφὴ Anastrophe, Reuersionem dixeris, est uerborum tantum ordo præposterus, ut mecum, secum: pro cum me, & cum te. Italiam contra, pro contra Italiam. apud Virgilium in primo.

Διόφρασις Dialysis, siue παρένθεσις Parenthesis, Ordinis dissolutio per interpositam sententiam: ut,

AENEAS (neque enim patrius consistere mentem

Passus amor) rapidum ad naues præmittit Achaten.

Διακοπή Diacope, siue ἑμῆσις Tmesis, Dissectio, quum scilicet dictionis compositæ iunctura soluitur, aliquo interposito: ut, Septem subiecta trioni: quum septentrioni dicendum fuisset.

Σύγχυσις Synchysis, Confusio: Est enim quoties ordo omni ex parte turbatur: Tres Notus abreptas in saxa latentia torquet, Saxa uocant Itali medijs quæ in flustibus aras. Habet autem ordo hoc modo, authore De-

na to, Treis naues abreptas Notus torquet in saxa, que Itali uocant aras.

Υστερον ἄερον Hysteron proteron, siue ὑστερολογία Hystero-logia, quum id quod secundo loco fit, priorem in orationis ordine possidet: Et torrere parant flammis, & frangere saxo. AENEIDOS primo.

Υπερβολὴ Hyperbole, authore Fabio, Eminentis est superiectio, ut quæ fidem non mereatur: uel augendi gratia, ut Ocyor Euro uita nostra, apud Horatium dicitur: uel minuendi gratia, ut Testudine tardior. In quo tropo monet Quintilianus modum in primis seruare oportere, ne in κειροζήλιον uitium supra notatum nos inducat

Εμφασις Emphasis, siue quum latens aliquid unà significatur, siue expressior denotatio. Hæc quum multis fiat modis, hunc habet præcipuum, quoties fixum pro mobili ponitur: ut Scelus pro scelesto.

Ὁμοίωσις Homœosis, Ignoræ rei per eius quæ magis nota est, similitudinem expressio.

Cuius genera recensentur:  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Icon,} \\ \text{Parabole,} \\ \text{Paradigma.} \end{array} \right.$

Εἰκὼν Icon, Imago, quum quippiam ad imaginem alterius rei quasi describimus: ut Os humerósque deo similis. Hic enim ad Dei imaginem AENEAM comparauit Poeta.

Γαεβολὴ Parabole, quam Cicero collationem interpretatur: Ea est (inquit Donatus) rerum genere dissimilium cōparatio. Plato in Euthyphrone, Iuuenem in primis rationem habere conuenit (nam sic transponimus) ut in optimos uiros adolescant, haud aliter ac prudentem agricolam teneriusculis plantis primam curā ad-

hibere deest, deinæps uerò & alias non negligere.

Παράδειγμα Paradigma, quæ ex historia res aliqua narratur, qua uelut exemplo accendimur & ipsi eiusmodi uel facere uel uitare. Cuius usus tam est frequens cū apud poetas, tum apud oratores, ut minimè opus uideatur exempla in medium afferre.

Quidam præter Tropos etiã ad orationis uirtutes φεάσιν pertinere putāt, quã χρονογραφία, τοπογραφία, τοποθεσία, αιτιολογία, ἐπανόδω, κἀαλογία, συλλογισμῶ, ἀποσροφή, atque id genus alijs constare putant, quæ nos finitionibus minimè explicabimus: partim, quòd propius ad orationis copiam attingere uideantur: partim, quòd ipsa etymologia, & prima (quod aiunt) fronte quid rerum sit, præ se ferant: partim etiam, quòd nostri instituti angustia non sinit Chrysippeum hunc acruum explere.

GEORGIUS MAIOR CANDIDO  
LECTORI S.

C Ontraximus hinc in figuram quandam Philippi Melanchthonis rhetoricas institutiones, non infrugi feram studiosis adolescentibus fore arbitantes: partim quòd omnia arcta & succincta facilius tum intelligantur, tum altius ac tenacius memoriae insigi & insculpi soleant, quàm quæ sparsa & tanquam in campo diffusa sunt: partim ut aliquid scripturi, hac tabella ob oculos posita, statim rhetorici artificij admonerentur. Adiunximus & figurarum ordines, quibus oratio tanquam flosculis & stellis exornari solet. Neque uerò temerè citra authoris consilium hanc emisimus. Iam si quis uel exempla desiderat, uel figurarum definitiones, is ex authore ipso requirat. Malim tamen exempla ex fontibus, uidelicet Ciceronis & aliorum eruditorum orationibus peti. Quare optime lector operam nostram boni consule. Vale.

A D L E C T O R E M.

Authorem laudare uetat reuerentia, laudet  
 Qui debet, uel qui se benè posse putat.  
 Hoc mirantur opus docti, quod parua tabella  
 Ante oculos ponit, qui legis ista, tuos.  
 Nec quicquam, qui composuit, mutauit ab illis,  
 Quæ tibi sperauit hoc fore plana modo.  
 Aut igitur fallor, uel erit tibi grata profecto  
 Ampla in tam tenui bibliotheca libro.

SCHEMATA ET TROPI. 29  
 IN PHILIPPI MELANCHTHONIS  
 RHETORICA TABVLAE.

TRIA sunt omnino causarum genera: Demon-  
 stratiuum, Deliberatiuum, Iudiciale.

DEMONSTRATIVVM.

Demonstratiuum, quum laudamus aut uituperamus.

Et est triplex, scilicet { Personarum,  
 Factorum,  
 Rerum.

Demonstratiuum personarum.

Demonstratiuum personarum habet orationis partes quatuor: uidelicet { Exordium,  
 Narrationem,  
 Contentionem,  
 Perorationem.

Exordium constat locis { Beneuolentiae,  
 Attentionis,  
 Docilitatis.

Beneuolentia petitur à { Rebus  
 &  
 Personis.

Sunt uerò plurimi beneuolentiae captandae loci, qui hinc recenseri nequeunt. Utimur nonnunquam insinuatione etiam, quum turpitudinem quae in causa uidetur esse, excusamus.

Attentio, quum affirmas te dicturum esse de { Nouis  
 Necessarijs } rebus.  
 Utilibus }  
 Difficilibus }  
 Obscuris }

Docilitas, quum affirmas te  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Breuiter} \\ \text{Dilucidè} \end{array} \right\}$  dicturum.

## NATALES.

Narrationis loci sunt,  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Pueritia, ubi de ingenio dicitur \& edu} \\ \text{catione.} \\ \text{Adolescentia, ubi studia considerantur.} \\ \text{Iuuentus, ubi res publicè aut priuatim} \\ \text{gestæ considerantur.} \\ \text{Senectus.} \\ \text{Mors, quæ illam secuta sunt.} \end{array} \right.$

Contentione ferè hoc genus caret, quia non agitur de dubijs rebus.

Peroratio constat  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Enumerationem argumentorum.} \\ \text{Affectu.} \end{array} \right.$

## DEMONSTRATIVVM factorum.

Demonstratiuum factorum  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Exordium,} \\ \text{Narrationem,} \\ \text{Confirmationem,} \\ \text{Confutationem,} \\ \text{Perorationem.} \end{array} \right.$  habet partes quinque:

Exordium ab ijsdem locis petitur, à quibus superius. Narratione in hoc genere rarò utimur, frequentius propositionibus.

Confirmationis loci,  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Honestum,} \\ \text{Vtile,} \\ \text{Facile,} \\ \text{Difficile,} \\ \text{Possibile,} \\ \text{Impossibile.} \end{array} \right.$

Circumstantiæ, {  
 Quis,  
 Quid,  
 Vbi,  
 Quibus auxilijs,  
 Cur,  
 Quomodo,  
 Quando.

Confutatio ferè non incidit in laudes. Huius autem loci sunt contrarij confirmationi.

Peroratio } Repetitione argumentorum,  
 constat } Affectu } { Gratulationis, in lætis:  
 } } Imitationis, in lætis:  
 } } Cõmiserationis, in tristibus.

DEMONSTRATIVVM rerum. Demonstratiui rerum sunt partes quinque.

Quæ sunt, {  
 Exordium,  
 Propositio: nã in hoc genere narratio nulla est, sed viæ narrationis propositio ponitur.  
 Confirmatio: eius loci, { Honestum,  
 } Utile,  
 } Facile,  
 } Difficile.  
 Confutatio, quæ locis contrarijs constat.  
 Peroratio, quæ constat ijsdem locis quibus supra.

DELIBERATIVVM.

Deliberatiuũ, quum suademus aut dissuademus, petimus, hortamur aut dehortamur.

Narratio, quæ rara est. Eius uicē propositio ponitur. Nonnunquam incidunt breues narrationes, sed statim sequitur propositio.

Huius partes } Confirmatio: cuius } { Honestū, } { Exempla plurimum ualent in hoc genere. }  
 } } { Utile, }  
 } } { Facile, }  
 } } { Difficile. }

Confutatio, quæ à locis contrarijs petitur.

Peroratio, ut supra, enumeratione & affectu constat.

## I V D I C I A L E.

Iudiciale, quo controuersie ac lites continentur.

Huius triplex est status.

Qui sunt, } Coniecturalis, An sit.  
 } Iuridicalis, Iure an iniuria.  
 } Legitimus, Quid sit.  
 De coniecturali statu, An sit.

Status C O N I E C T U R A L I S constat quinque partibus.

Quæ sunt, } Exordium,  
 } Narratio, quæ est historica facti cõmemoratio, quum sequitur statim propositio.  
 } Confirmatio,  
 } Comprobatio,  
 } Peroratio.

Confirmationis autem huius loci sunt duo, scilicet } Voluntas,  
 } Potestas.

Voluntatis loci, } Qualitas personæ,  
 } Causa inducens ad suscipiendum factum.



Cuius loci, { Impulsio, quæ est affectus, ira, odiũ, avaritia, &c.  
 { Ratiocinatio, quæ à spe commodorũ ducitur.

Potestas constat circa instantiis, { Loco,  
 { Tempore,  
 { Viribus. Iidem sunt loci defensoris,  
 { Signis,  
 { Antecedentibus,  
 { Consequentibus.

Defensor tamen addet { Absolutionem, quum docemus id signum quod factum est, misericordia & humanitate factum esse.  
 { Inuersionem, qua docemus signum quod cõtra nos producitur, pro nobis facere.

## De Iuridicali, Iure iniuria.

Iuridicalis par { Exordio,  
 { Narratione,  
 { Confirmatione, cuius propriũ sunt  
 tuor, scilicet { loci.  
 { Peroratione.

Est autem duplex status negotialis, { Absolutus,  
 { Assumptiuus.

Absolutus, quum simpliciter aliquid defenditur.

Cuius loci sunt, {  
 Natura,  
 Lex,  
 Consuetudo,  
 AEquum,  
 Bonum,  
 Iudicatum,  
 Pactum.

Assumptivus, quum assumpta re extranea, defensio tractatur.

Eius loci sunt {  
 Concessio } Criminis.  
 Translatio }  
 Remotio }

Concessionis {  
 Purgatio, quum fatemur nos peccasse, sed }  
 per imprudentiam aut casum.  
 partes, } Deprecatio.

DE STATV LEGITIMO, QVID SIT.

Legitimus status constat {  
 Definitione,  
 Contrarijs legibus,  
 partib' quatuor, scilicet } Ambiguis scriptis,  
 Ratiocinatione.

FIGVRAE TVM VOCABVLORVM  
 TVM SENTENTIARVM.

TRES SVNT figurarum ordines.

Quorum { Primus pertinet ad dictionem tantum figurandam.  
 Secundus pertinet ad orationē figurandā.  
 Tertius pertinet non ad orationem tantum ornandam, sed etiam auget corpus orationis: quem Cicero exornationes sententiarū uocat. Hic est Quintiliano uel forma amplificandi, uel argumenta.

## O R D O P R I M V S.

Ordo primus, qui ad dictionem tantum figurandā spectat.


Diuiditur in { Tropum  
 &  
 Schema.

TROPVS EST dictionis uel orationis mutatio à propria significatione ad cognatam.

Dictionis, ut	{	Metaphora,	{	Etymologia,
		Onomatopœia,		Notatione,
		Synecdoche,		Definitione.
		Periphrasis, quæ fit		
		Catachresis,		
		Metonymia,		
Orationis, ut,	{	Metalepsis,	{	Ænigma,
		Antonomasia.		Parœmia,
				Ironia,
		Allegoria, Allegoriæ		Sarcasmus,
		Hyperbole, species,		Astismus,
		Icon,		Mycterismus,
Parabola,	Antiphrasis,			
Paradigma.	Charientismus.			

Parabola tamen & Paradigma ad confirmandū po-  
tius pertinent, & inter argumenta recenset Fabius.

S C H E M A est uocis inflexio, quæ auribus tantū  
inseruit.



## O R D O S E C V N D V S.

Ordo secūdus pertinet ad orationē tantū figurandā.

Huius ordinis sunt,	}	Interrogatio,	}	Imprecatio,		
		Subiectio,		Obtestatio,		
		Exclamatio, Sub excla-		matione cō-	}	Ominatio,
		Dubitatio, tinentur				Adhortatio.
		Paradoxū,				
		Communicatio,				
		Permissio,				
		Licentia,				
		Auersio,				
		Profopopœia.				

## O R D O T E R T I V S.

ORDINIS tertii sunt, quæ Ciceroni exornationes sententiarum dicuntur: Sūnt que ea quæ sequuntur,

Ordinis tertii sunt,	}	Auxesis,
		Tapinosis, Verbis fiunt singulis.
		Meosis,
		Synonymia,
		Incrementum,
		Gradatio,
		Congeries,
		Contentio.
		Contrariū, siue
		Antithesis.
		Commutatio,
		Communicatio,
		Regressio,
Responsio,		
Præteritio.		

Paralepsis, siue  
Occupatio, quæ à Cicerone præsumptio dici-  
tur, à Fabio Occupatio.

Transitio,

Metabasis,

Correctio,

Interpositio,

Reiectio,

Ætiologia,

Confessio,

Δικαιολογία, excusatio est.

Finitio,

Hypotyposis,

Expolitio,

Distributio,

Diuisio,

Prosopopœia,

Sermocinatio,

Chronographia,

Topographia,

Comparatio,

Sententia,

Apophthegma,

Epiphonema,

Clausula,

Noema.

Ordinis  
tertii  
sunt.

Pathopœia, affectuum ua-  
rietatis, quæ petitur à circun-  
stantiis, à

Sexu,

Temporibus,

Locis,

Personis,

Ætatibus, &c.

GEORGIUS MAIOR CANDIDO  
LECTORI S.

Didimus ante aliquot mēses, optime lector, Phi-  
E lippi Melanchthonis de rhetorica Institutiones,  
in figuram quādam tanquam fasciculū constri-  
ctas, quò studiosa iuuentus hæc primæ rhetoriæ præc-  
epta non tam ex ipso authoris libello cognosceret, quàm  
hæc tabella semper ob oculos uersante, atque subinde cō-  
specta, prorsus imbiberet, ac uelut animo insculperet.  
Iam uerò quum omnis oratio sit uariāda & distinguē-  
da quasi quibusdam uerborū sentētiarūque insigni-  
bus, uidebatur è re adolescentium futurū, si duos istos E-  
rasmi Roterodani de Copia cōmentarios eadem ratione  
in tabulam quandam cōtraherem: quòd multò facilius  
tum percipiātur, tum memoriæ commendētur, & inscri-  
bantur quæ explicata, & tanquā in aperto ac luce col-  
locata, quàm quæ in libris & uoluminibus sunt cōuolu-  
ta. Porro hæc tabella nihil aliud quàm admonitoris uice  
erit, quæ scribentē commonefaciet, quæ, quòq; loco ora-  
tioni faciēs siue color sit tribuendus, ubi & qua ratione  
quid uariādum, quid breuius seu prolixius dici conue-  
niat. Cæterum siquid hîc desyderatū fuerit, id ipse cōm-  
mētarius alijque authores præstabūt atque resarcient.  
Postremo elegantiorum literarum studiosos adolescentes  
obsecro, ut hunc nostrum conatum boni consulant: cæ-  
terorum calumniam nihil moror. Est enim nunc indo-  
ctum doctorum hominum genus, quos rectius hominum  
pestes, quàm homines dixeris, quibus liberalia studia bo-  
næque res omnes sordent: istis satis grauis pœna est i-  
psa stultitia. Vale.

## PIA, TABVLAE.

## TRIPLEX EST COPIA,

Videlicet { Dictionum,  
 Orationum,  
 Sententiarum.

## DICTIONVM COPIA.

Dictionum copia, quæ fit singulis uocabulis, consistit in Synonymia, quæ est, quum diuersa uerba eandem omnino rem declarant.

ut, { Ensis, gladius. Huc pertinet quo- Sordida, Inusitata, Poetica, Prisca, Obsoleta,  
 Domus, ædes. que Dura, Peregrina, Notata.

## ORATIONVM COPIA

	Enallagen,	1
	Antonomasiam,	2
	Periphrasim,	3
	Metaphoram,	4
	Allegoriam,	5
	Catachresim,	6
	Onomatopœciam,	7
Orationum copia multas habet uariãdi rationes, uidelicet,	Metalepsim,	8
	Metonymiam,	9
	Synecdochen,	10
	AEquipollentiam,	11
	Comparatiua,	12
	Relatiuorum commutationem,	13
	Amplificationem,	14
	Hyperbolen,	15
	Diminutionem,	16
	Compositionem,	17
Constructionem,	18	
	Mutationem figuræ.	19



1. Enallage est, quæ uocæ modicè deflexa uarietatis nõ-  
nihil conciliatur. Constat autem potissimum duobus

modis, { Partis mutatione.  
Qualitatis nouatione.

Partis mutatio fit, quum { Nomine,  
permutatur uerbum { Participio,  
Supino,

ut, { Non dubito, Non est mihi dubium:  
Amantem redama, Redama eum qui te amat:  
Venit ut eripiat, Venit ereptum.

Qualitatis nouatio fit, quum mu- { Numerus,  
tatur aut { Persona,  
Genus.

ut, { Romanus prælio uictor, pro Romani uictores.  
Quid facias? ut homo est, ita morem geras.  
Lachrymat, pro Lachrymatur.

2. Antonomasia, est nominis permutatio, ut AEacides  
pro Achille. Nõnunquam epitheton pro ipso nomine po-  
nitur. Liuius, Abundat multitudine hominum Pænus. Pæ-  
nus pro Annibale.

3. Periphrasis, rem quæ breuius significari potuisset,  
latius ostendit: ut Troiani belli scriptor, pro Homero.

Constat autem { Etymologia, quum nominis ratio-  
nem explicamus.  
Notatione, quum accidentium indi-  
cio aliquid significatur.  
Finitione, ut pro rhetorica, benè dicè  
di ars.

4. Metaphora, est quæ uocem propriam ad cognatam  
transfert. Hanc putat M. Cicero tanquã stellis quibusdã  
illuminare orationẽ, planèq; lumẽ orationi afferre.

Deflexione,  
 Sumantur autem metaphoraè à

{	Irrationali ad rationale,
	Rationali ad irrationale,
	Animali ad non animal,
	Non animali ad animal,
	Animali ad animal,
	Inanimato ad inanimatum.

Deflexio, quoties uox è propinquo ad rem proximam flebitur.

ut, {	Videre	} pro {	Intelligere.
	Audire		Obtemperare.

Ab irrationali ad rationale, ut

{	Liu <sup>9</sup> , M. Portius Cato qui allatrare
	Scipionis magnitudinem solebat.
	Terēt. Quid ille gannit? quod uulpium proprium est.

A rationali ad irrationale: ut si perfidum uulpem dicamus.

Ab animali ad non animal, ut

{	Ridet ager,
	Parturit arbos.

A non animali ad animal, ut Ambo florentes etatibus, viridis etas.

Ab animali ad animal, ut Pascentes apes.

Ab inanimato ad inanimatum, ut Oratio fluit, Sylua scatet.

Sunt autem quaedam metaphoraè

{	ἀκόλουθα, ut gubernator et auriga,
	quæ possunt conuerti.
	ἀνακόλουθα, ut uertex, quod recte ab
	homine ad montem trāffertur: Casumen, quod montis est, non item.

5. Allegoria est multorum uerborum continuata metaphora: ut, Iugulum petere, pro eo quod est, Causæ caput aggredi.

6. Catachresis est uerbi abusio, ut quum dicimus Parricidam, qui matrem aut fratrem occiderit.

7. Onomatopœia, fictio nominis dicitur, ut Taratatarra. Huc pertinet Paragoge, id est deriuatio nouorū uerborum ex analogia sumpta: ut Syllaturire, pro Syllæ mores imitari.

8. Metalepsis, quū ex uno significato aliud colligitur: ut, Speluncis abdidit atris. Nam nigræ intelliguntur, & ex nigris obscuræ, & per hoc in præceptis profundæ.

9. Metonymia est transnominatio.

Fit autē quum ponimus	}	Inuentorem	}	pro	}	Inuento.
		Continens				Contento.
Exemplum	}	primi,	}	ut	}	Sine Cerere & Baccho
		secūdi,				friget Venus.
						Epotos cadous, Seculum fœlix.

Fit præterea & alijs quibusdam modis.

10. Synecdoche (quam Intellectionem uocant) quū intelligimus

ex	}	Vno plures,	}	ut	}	Pœnus fugatus, pro Pœni.
		Parte totū,				Mucronem, pro Gladio.
11. AEquipollentia, ut	}	Placet,	}	non	}	Displicet,
		Accipio,				Reaso.

12. Comparatiua, quæ copia nascitur ex contrarijs.

Prius { habet } Lucrum { quàm } Honestum.  
 Posterius { } Honestum { } Lucrum.

13. Relatiuorum { Vxor illius esse non uult,  
 cōmutatio: ut, { Non uult illum maritum.  
 { Non alium mihi patrem optem,  
 { Nullius malim esse filius.

14. Amplificatio est, quum uerbum atrocius subijcimus loco proprii:

Vt quum dicimus { Latronē } pro { Improbo.  
 { Occisum } { Cæso.

Ad auxesim pertinent { Scelus,  
 { Monstrum,  
 { Pests,  
 { Labes, &c.

15. Hyperbole, ut { Ocyor Euro,  
 { Vox astra ferit.

16. Diminutio, Quum qui pulsauit, dicimus attigisse.  
 Interdum uicioris sapit hyperbolen.

ut, { Vix ossibus hærent.  
 { Brevior pygmæo.

17. Compositio sita est in his { Asyndeto,  
 { Polysyndeto,  
 { Syæugmeno,  
 { Epanalepsi,  
 { Synonymia.

Asyndeton: ut, Veni, uidi, uici.

Polyyndeton, ut Tectumque larémque.

Syzygmenon, quoties ad unum uerbum plures sententiæ respondent.

Fit autem trifariam: quum

- Præponitur,
- Sequitur,
- Interponitur.

ut, { Deflorescit forma uel morbo uel ætate,  
Vel morbo uel ætate forma deflorescit.  
Aut ætate forma deflorescit, aut morbo.

Epanalepsis, Nihilne te nocturnum præsidium palatii, nihil urbis uigiliæ, nihil timor populi, nihil concursus bonorum omnium, nihil hic munitissimus habēdi senatus locus, nihil horum ora uultusque mouerunt? Cicero in Catilinam.

Synonymia, ut

- Vicit timorem audacia,
- Rationem superauit amentia,
- Libido pudorem expugnauit.

18. Construtio, ut

- Multum pudorem, multum pudoris.
- scripsit mihi, scripsit ad me.

19. Mutatio figuræ, quoties alio atque alio affectu pronuntiatur oratio.

Fit autem serè per

- Interrogationem,
- Ironiam,
- Admirationem,
- Dubitationem,
- Adiurationem,
- Abominationem,
- Exclamationem,
- Occupationem,
- Subiectionem.

*Interrogatio*, Nihil te est uanius, An quicquam te uanius?

*Ironia*, Non ista curat populus, Id populus curat scilicet.

*Admiratio*, Magnū bonum porto, Dij boni, boni quid porto!

*Dubitatio*, Tum deos contemnit, tum homines. Haud scio magisne deos contemnat an homines.

*Adiuratio*, Nihil mihi charius fama. Disseream si quid mihi charius fama.

*Abominatio*, Est uir impurus: O hominem impurum! Hocine seculum, ô scœlera! ô genera sacrilega! ô hominem impium!

*Ocupatio*, Virgines complures stuprauit, ut interim de Vestali incestu polluta sileam.

*Subiectio*, An quod adolescens præstiti, quum etiam errare cum excusatione possem, id nunc etate præcipitata commutem ac retexam; Non faciam. Cicero Epistolarum familiarium libro undecimo.

SENTENTIARVM COPIÆ,

LIBER SECVNDVS.

SENTENTIARVM copia est quum oratio amplificatur.

	Distributionem,	I.
	Enumerationem,	II.
	Hypotyposim,	III.
	Egressionem,	IIII.
	Epitheta,	V.
	Circumstantias,	VI.
	Amplificationem,	VII.
	Propositiones,	VIII.
	Probationes,	IX.
per	Tractationem locorum communium uirtutum ac uitiõrum,	X.
	Locos communes,	XI.
	Exempla,	XII.
	Tractationem exemplorum,	XIII.
	Exempla fabulosa,	XIIII.
	Expolitionem,	XV.
	Apologos,	XVI.
	Somnia,	XVII.
	Fictas narrationes,	XVIII.
	Multiplicationem partiũ rhetoricarũ.	XIX.

Totius in partes,

I. Distributio est uel

}

Generis in species.

Totius in partes, ut Totus monstrum est, pilosæ genæ, dentes putridi, fœdi oculi, supercilia, frons, uultus denique totus barbarus est.

Generis in species, ut Luxuria cum omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima est.

I I. Enumeratio, quum  
enumerantur rei

Ocasiones,  
Causæ,  
Consilia,  
Acta,  
Euentus,  
Præcedentia,  
Consequentia.

III. Hypotyposis consistit  
in descriptione

Rerum,  
Personarum,  
Locorum,  
Temporum.

Hypotyposis  
rerum consi-  
stit in

Circumstantiis,  
Collationibus,  
Similitudinibus,  
Dissimilitudinibus,  
Imaginibus,  
Metaphoris,  
Allegorijs,  
Epithetis,  
Gentium formis & moribus,  
Fabulosis descriptionibus.

Horum exempla passim multa habes in primo Livi,  
ubi Albæ excidium describitur. Apud Fabium libro 8.  
cap. 3. de Enargia.



Hypotyposis personarum quæ depinguntur à

- Genere,
- Natione,
- Patria,
- Sexu,
- Ætate,
- Educatione,
- Disciplina,
- Studijs,
- Habitu corporis,
- Fortuna,
- Animi conditione.

Exempla sunt plurima: Apud Liviū libro primo Decadis tertiæ depingitur Annibal. Et libro nono Decadis quartæ M. Portius Cato. Apud Sallustium Catilina, & plerique alij.

Hypotyposis locorum est duplex, {  $\begin{matrix} \text{ἰστορία,} \\ \text{τοποθεσία,} \end{matrix} \}$  si est {  $\begin{matrix} \text{Vera.} \\ \text{Ficta.} \end{matrix} \}$

Vera, ut apud Maronem Carthaginis & portus descriptio.

Ficta, ut apud Ovidium domus famæ.

Hypotyposis temporum comprehendit descriptiones {  $\begin{matrix} \text{Veris, Hyemis, Autumni, Æstatis,} \\ \text{Vindemiæ, \&c. item Qualitates} \\ \text{temporum, Pacis, Belli,} \\ \text{Seditionum, Turbationū, \&c.} \end{matrix} \}$

III. Egressio adhiberi solet {  $\begin{matrix} \text{Laudandi, Vituperandi,} \\ \text{Ornandi, Præparandi} \end{matrix} \}$  gratia.

d.i.

Sumitur à superioribus locis, { Expositione rerum gestarum.  
Descriptione locorū & Apologorū.  
Locis cōmunib⁹, quū dicimus in luxuriā, auaritiā, &c. & cōtrā, quā laudamus uirtutes, cōtinentiā, &c.

V. Epitheta sumuntur ab omnibus fortunæ commodis.

Animo, Corpore, Bonis externis, Genere, Opibus, Forma, Viribus, Patria, Actu, Euentu.

VI. Circumstantiæ sunt { Rerum,  
duplices, ut { Personarum.

Rerum, ut Causa, Locus, Ocasio, Instrumentum, Tempus, Modus, &c.

Personarum, ut Natio, Patria, Sexus, Aetas, Educatio, Disciplina, Habitus corporis, Fortuna, Cōditio, Animi natura, Studium, Anteaacta, Commotio, Consilium, Nomen.

VII. Amplificatio constat { Incremento,  
{ Comparatione,  
{ Ratiocinatione,  
{ Congerie,  
{ Correctione.

Incremento, ut Cicero in Verrem, Facinus est uinciri ciuem Romanum, scelus uerberari, propè parricidium necari, quid dicam in crucem tollere?

Comparatione, quæ fit fictione & exempli collatione.

Ratiocinatione, ut Tu istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate tātum uini exhaureras, &c.

Congerie, Verborum scilicet & Sententiarum.

Correctione, Cicero in Verrem, Nō enim furem, sed e-reptorem: non adulterum, sed expugnatorem pudici-

tie in uestrum iudicium adduximus.

V I I I. Propositiones sumuntur ex his quæ sunt

Vulgaria,  
Propria causæ.

Exempla sunt longiora, quàm quæ hîc possint recenseri.

I X. Probationes quas Græci *πίσις* appellant, sunt partim

*ἀπειχοί*, quæ ducuntur à Præiudiciis, Rumoribus, Tormentis, Tabulis, Iureiurando, Testibus.  
*ἐνπειχοί*, quæ comprehendunt  
*τεχνήσια, σημεία.*

Ab argumentis ducuntur, quæ sunt duplicia.

Personæ sunt hæc, Genus, natio, patria. &c.  
Rei sunt, Causa, locus, facultas, antecedentia. &c.

X. Tractatione locorum communium, uirtutum & uittiorum, quales sunt, Iustitia, Iniustitia: Pax, Bellum: Luxuria, Continentia: Diuitiæ, Paupertas: Auaritia, Voluptas, Leges, Amicitia, Pietas.

X I. Locos cōmunes, seu argumenta quæ ducuntur à finitione, Etymologia, & ab ijs, quæ ad naturam diffinitionis pertinent: Genere, Specie, Proprio, Differentibus, Partitione, Diuisione, Exordio, Summa, Incremento, Inductione similium & dissimilium, Cōtrarijs, Repugnātibus, Consequentibus, Relatiuis, Causis euentus: Comparatione, quæ sumitur à maiore, Minore, & Pari, Iugatis, Fictione, Causæ proprijs: Exemplis, quæ adhibentur aut ut Similia, Dissimilia, Contraria, aut ut maiora, Minora, Paria. Huc pertinent fabulæ, Apologi, Prouerbia, Iudicia, Parabolæ, Collationes, &c.

XII. Exempla, quorum vim quam maximam maximeq; uariam cōparare, & in promptu habere cōuenit.

XIII. Tractatione exemplorum, quæ augentur Commendatione, quæ sumitur uel à rei uel ab authoris laude, uel gentis unde ducitur exemplum. Exaggerationibus, atque Amplificationibus, Parabola, Comparatione, ubi demonstratur exemplū esse Maius, Minus, Par. Huc pertinent eivōves, Imagines, Inductiones, Iudicia, Proverbia, Sententiæ, Noemata, Epiphonemata, Contentio, Demonstratiua. Collatione, quæ fit per simile, Dissimile, Contrarium, Par, Maius, Minus.

XIII I. Exempla fabulosa, quæ eadem ratione & fusius & contractius exponi poterunt, si res ac decor patietur.

XV. Expositio fit commutatione uerborum pronūtiationis & tractationis.

Copiosissima autem expositio constat septē partibus	}	Propositione, Ratione, Duplici sententia, Contrario, Simili, Exemplo, Conclusionē.
---	---	--

XVI. Apologi, qui eodem modo dilatari, aut uerbo tantum significari poterunt.

XVII. Somnia, quibus utimur aut in ostentatione, ut est Luciani somnium: aut pro ueris, aut hortandi deterrēdiue gratia.

XVIII. Fictæ narrationes, quammaximè fieri potest, ad ueri similitudinem componantur oportet.

XI X. Multiplicatio partium  
Rhetoricarum, quæ sunt

Exordium,  
Narratio,  
Propositio,  
Confirmatio,  
Confutatio,  
Peroratio.

Exordium habet locos,

Fauorem,  
Attentionem,  
Docilitatem.

Narratio crescit *ἄνωθεν* & Egressione, quæ debet esse quasi finis Narrationis. Propositio dilatatur, si pro simplicia, duplici utemur: si argumentis obiter interiectis, & affectibus accensam proferemus.

Confirmatio constat probationibus, quæ crescunt

Labefactione,  
Præparatione,  
Asseueratione,  
Excursionib<sup>9</sup> per amplificationem.

Labefactio fit duobus modis: Propositionib<sup>9</sup> quæ sunt singularum partium collectiones seu conclusiones: quæ ita proponimus, ut ipsa orationis figura fidem abrogemus aut conciliemus.

T A B V L A R V M I N E R A S M I C O -  
P I A M F I N I S .

PHILIPPVS MELANCHTHON  
STVDIOSIS S.

Xtat de copia Erasmi commētarius, cuius opti-  
 E rim utilitatem uulgò tam perspectā esse, quàm  
 est titulus ubique notus. *Qu*anquam enim opus  
 in speciem minutum uideatur, tamen si propius inspexe-  
 ris, comperies uerè esse quod audit Copiæ cornu. Nam  
 quum figuras omnes locupletandæ illustrandæque ora-  
 tionis tradat & informet, non uulgurè eloquentiæ the-  
 saurum continet. Miseret me profectò iuuentutis nostræ,  
 quum uideo, optimis quibusque authoribus uelut ordi-  
 ne motis, in pretio esse, amari, teri libellos quosdā è con-  
 mēpōis, quorum alij simpliciter inepti, alij etiam perni-  
 ciosi sunt. Catullus seculi incommoda malos poetas uo-  
 cat, nos quanto iustius de nouitijs illis scriptis queri pos-  
 sumus? Nullū est enim uenenum præsentius malo libro.  
*Qu*are oportuit iudicio optimos quosque libros tanquā  
 magistros studiorum omnium ac officiorum uitæ deli-  
 gere. Mihi uerò nulli de hominum ingenijs melius mere-  
 ri uidentur, quàm qui exercitationē dicendi adiuant.  
 Nam reliquæ literæ omnes, ubi non accesserit usus ali-  
 quis styli, cum mutæ sunt, tum ad acuendum animi iu-  
 diciū non multū conducunt. Sūntque ad dicendi scri-  
 bendique exercitationem, tanquam ex umbra in lucem,  
 ex puluere in arenam proferendæ. Porro quum hic li-  
 bellus de Copia mirificè conducat ad eam studiorū par-  
 tem, dignus est quem in delicijs habeas, summa cura e-  
 uoluas atque ediscas. Hoc ego religiosius moneo, quòd  
 intelligo quasdam pestes hominum esse, qui ab humana-  
 rum artium studio imperitam iuuentutem debortantur,

digni sanè in quos publicis legibus animaduertatur.  
 Crede mihi, opinione maior uis est harum artium, nec  
 pœnitebit in his discendis operam sumpsisse. Quare ad-  
 hortor, ne quis patiatur hoc librorum genus importuni-  
 tate cuiusquam sibi è manibus extorqueri. bonam operã  
 nauauit adulescens, qui totum de Copia commentarium  
 in hanc tabulam contulit, & oculis subiecit, ut memo-  
 riam adulescentium adiunaret.      Valete.

IACOBVS MICYLLVS AD LE-  
 CTOREM.

Vt si non uarijs pingantur floribus horti,  
 Gratia non illis, non honor ullus adest:  
 Sic nisi sit uarijs oratio tincta figuris,  
 Illius & uirtus & decus omne perit.  
 Siquem igitur foelix oblectat copia, siquem  
 Pindareis tumidum passibus ire iuuat,  
 Sedulus has oculis uerset manibúsque tabellas:  
 Haud equidem hinc operæ præmia parua feret.  
 Nec quia sum modicæ, Lector contemnere pergas:  
 Mensuram uincunt utilitate suam.

EXCVDEBAT ROE. STEPHA-  
NVS TYPOGRAPHVS REGI-  
VS, PARISIIS, ANN. M. D. XLVI.  
NON. APR.

